

CAII SVETONII
Tranquilli duodecim Cæsares,

C V M

PHILIPPI BEROALDI,
Bononiensis, Marci que item Antonii Sa-
bellici Commentariis, & Bapt. Ae-
gnatii, aliorumque doctorum vi-
rorum annotationibus.

*Lib. Hier. B. Ricou
Diffinitor.*



LVGDVNI,
APVD IOANNEM FRELLONIVM

M. D. XLVIII.

1548

Cum priuilegio Regis.

PHIL.

Conforte Romuli.] Hæc prima Trāquilli sententia de auctore gentis Claudiz: à nullo Historicorū memoratur, cum in secundam omnes pedibus eant. Titus autem Tatiū Sabinorum rex, confors Romuli dicitur, quoniam regimen Imperii cōsociarunt, vnam civitatem ex duabus facientes, & Imperium omne Romā contrulerunt: & vt scribit Lilius in 1. non modò commune, sed cōcors etiā regnum duobus regibus fuit: postea Titus Tatiū Lavinium, cum ad solenne sacrificium eō venisset, concursu facto interfectus est.

Post reges exactos.] Post electos Tarquinos.

Cooptata.] Electa, adscita.

Trans Anienē.] fluvium Tyburinum haud lōge ab vrbe distantem: de quo Horatius:

Et præceps Anio, & Tyburii lucus.

Anieni nomen indidit Anius rex Herulcorum: qui insequens Cethegū filiaz raptorem, quum eum assequi non posset, in fluvium insiliit: ibique extinctus, vt Anio vocaretur, effecit: Plutarchus auctor in libello De comparationibus clarorum hominum. De Aniene plura in quarto Propertii Commentario.

Duas ovationes.] Ovatio, est minor triumphus. Qui ovabant, introire soliti erant equo vehentes, alii pedibus ingredi ovantes dicunt, quum triumphantes curru veherentur. Diſta ovatio non ab ovatione, id est Bacchico clamore, vt quidam putavere: sed ab oue, quam immolabant: quum in triumpho bos immolaretur, sicut docent eruditi, & testis est Plutarchus in Marcello. Dionysius quoque in quinto non pauca scienter scribit de ovationis & triumphii differentia.

Cum prænominibus.] Nemo Romanus, vt Priscianus ait in primo, erat absque prænominine: qui mos ex eo tempore cæpit, quo Sabinos Romani adsciuerunt civitati: & ad confirmandam coniunctionem nomina illorum suis nominibus præponebant. Liber homo, vt docet Quintilianus in septimo, habet prænomen, nomen, cognomen: & ita nobiles Romani tribus nominibus censebantur, sicuti apud Liliū facile est animadvertere. Id eodē ab Antonio dictum est:

Tria nomina nobiliorum. Hinc illud Satyricū: Tanquam habeas tria nomina. id est, tanquam sis nobilis, & ingenuus Romanus. C. Marius, Q. Sertorius, & L. Mummius tertium nomen minimè habuisse traduntur. Mulieres quoque erant duobus contentæ nominibus. Varro existimat, simplicia nomina antiquis fuisse in Italia, sicut Romulus, & Remus, & Faustus: neque prænomen habuisse, & cognomen. Quidam arbitrantur Romanos consuetudinem multiplicandorum nominum traxisse ab Albanis, à quibus orti sunt. Prænomen nomini præponitur, vt Caius: Lucius cognomen postponitur.

Duodetriginta.] Sicut duodeviginti dicimus decem & octo, quati duo desint viginti: ita duodetriginta dicuntur vigintiocto.

Repudiauit.] Ne quis vnquam ex ea familia L. Claudius appellaretur.

Gentilibus.] Claudis. Gentiles, vt docet Cicero in Topicis, & copiose explicat Boethius, sunt, qui eodem genere oriuntur, eodēque nomine inter se sunt, vt Scipiones, & Claudii: & air elegantè Cinctus: Gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur.

Præditis eo.] Scilicet prænominine Lucii.

Neronis assumpsit.] Aulus Gellius libro duodecimo, Nero, inquit, Sabinum est verbum, eodēque significatur virtus, & fortitudo. Itaque

ex claudis, quos à Sabinis oriundos accepimus, qui erat egregia, & præstanti fortitudine, Nero appellatus est. Sabini autem id Neronis nomen à Græcis accepisse videntur, qui vincula, & firmamenta membrorum dicunt, nostri neruos.

Trans Anienem.] Ex duobus & quadraginta fluminibus, quæ Tyberim augent, Nar, & Anio præcipui: vt Plinius sentit. Oritur Anio in Tibanorum montibus, tresque lacus nobiles in Tyberim deferunt. Plutarchus in eo tempore, quod scripsit, Parenſū olim fluvium ipsum ait appellatum, mox ab Anio Herulcorum rege, qui se in flumen ob Nufam filiam præcipitavit, Anienem dictum. Propertius Anienum secundi declinatus protulit. Papius:

Illis ipse antris Anienis forè relicto. Vbi ego Anienus libentius legerim: vt sit Anio, Anien, & Anienus in nominandi casu: quod si aliis accedas, quatuor modis recta vox varianda est.

Duodetriginta.] Octo & viginti.

Duas ovationes.] Quid triumphus ab ovatione distet, ex Gellii autoritate ostendimus. Cæterum Dionysius, Decorati sunt, inquit, triumphis, & Senatu vtrique: Menenius maiore, & pretiosiore curuli sella vectus, Posthumus minore, & inferiore, quam ovationem vocant. Et rurſus, Differt, ait, hic ab altero: primum quidem quod pedes ingreditur cum exercitu productus, qui ovatiū triumphum ducit, nec in curru, sicut ille: deinde quia non plecta, neque aurei clavi veste induitur, nec ornatur trabæ, quæ peculiaris est consuetudini, ductumque amictus: corona autem ponitur ei laurea. Inferior est altero in gestatione sceptri: alia habens omnia. Hactenus Dionysius, qui omnino aliquid videretur mihi variare à Latinis in ovationis apparatu describendo. Sed si quis legitimam triumphii formam requirit, videat Applanum.

Gentilibus præditis eo.] Id prænomen habentibus.

PHIL. *S*ecus admiffa.] Perperam, & per detrimētum
*R*epublicæ facta.
*A*ppius cæcus.] Appius censor, quum solennia fa-
*H*erculei seruos publicos edocuiſſet, luminibus
 captus eſt: authores Liius & Valerius. Idem cum Pyr-
 rhus Epireniſis lega-
 tum Cyneam pro
 amicitia, paceque
 Romanorū peten-
 da Romam miſiſ-
 ſet, quūque ſen-
 tentia Senatus in-
 clinaret ad pacem,
 quāuis & ſenex,
 & cæcus eſſet, in cu-
 riam ſe deſerri iuſ-
 ſit, factūque ſilen-
 tium, Vinam, inquit,
 ad cęcitatem oculo-
 rum ſurditas aurium
 acceſſiſſet, ne tur-
 pes conſultationes
 veſtras audire com-
 pellerer. Luculen-
 tique oratione pacem,
 ſocietatemque
 cum Pyrrho fieri
 diſſuaſit: ſicut ſcri-
 bit Plutarchus in Pyrrho. *Q*uærit Iuriſconſultus lib.
 111. Digeforum, nunquid cæcus magiſtratū gerere
 poſſit: & extar, inquit, exemplū eius, qui geſſit. Appius
 Claudius cæcus conſiliis publicis intreratur, & in Senatu
 dixit ſeuertiſſimam ſententiā de Pyrrhi captiuus nō
 recipiendis. De eodem ſic lib. 1. Digeforum ſcriptum
 legitur: Appius Claudius maximā iuris ſcientiam ha-
 buit, Appiam viam ſtrauit, & Claudiam aquā induxit,
 & de Pyrrho in urbem non recipiendo ſententiā tulit.

De gente Claudiorum, & eorum geſtis. II.



*V*lta multorum Claudiorū egregia me-
 rita, multa etiam ſecus admiffa in Rem-
 publicam extant. Sed vt præcipua com-
 memorem, Appius cæcus ſocietatem cum rege
 Pyrrho, vt parum ſalubrem, iniri diſſuaſit. Clau-
 dius Caudex, primus freto claſſe tranſiecto, Pœ-
 nos Sicilia expulit. Claudius Nero aduenientem
 ex Hiſpania cum ingentibus copiis Afrubalem
 prius, quā Annibali fratri cōiungeretur, oppreſ-
 ſit. Contrā Claudius Appius Regillanum Decem-
 uir legibus ſcribendis, virginem ingenuam per
 vim, libidinis gratia, in ſeruitutem adſerere co-

Nero equo ſine militibus iniectus eſt: ita conſociatus
 eſt triumphus, vt gloria omnis penes Claudium Nere-
 nem eſſet: cuius incredibilem ad hoc negotiū peragen-
 dum celeritatem ſic laudat Silius in xv. Punicorum:
 -Et penna, & fulmine, & vndis

Hybernis, &
 Achæmenio velo-
 cior arcu Euolar-
 Cōrā.] Exem-
 pla hæc, quæ ſequū-
 tur, ſunt eorū, qui
 in Republica Ro-
 mana detrimentoſi,
 dedecoroſiq; fue-
 runt. Regilla-
 nus.] Cognomen
 tum hoc deductū
 videtur à Regillo
 Sabinorum oppi-
 do, vnde orta eſt
 gens Claudia.

*D*ecemuir.] Pō-
 ponius Iuriſconſul-
 tus de hoc ſic ait:
 Appius Claudius
 vnus ex Decemuir-
 is, cuius maximū
 conſiliū in duode-
 cim Tabulis ſcribendis fuit. Reſert Liius lib. 111. re-
 gimen totius magiſtratū Decemuirorū penes Appiū
 fuiſſe fauore plebis: qui dum Virginiam Luciū Virgi-
 nii centurionis filiam amore amens nec petere, nec vlla
 alia re corrumpere poſſet, M. Claudio clienti negotiū
 dedit, vt virginem in ſeruitutem aſſereret: hinc cōten-
 tiones extorta, hinc Virginius pater e caſtris Romam
 reuocatus, cum aliter libidini impotentiaq; Decemul-
 ri reſiſti non poſſet, arrepto cultro de taberna Ianionis
 filiam tranſiit. Hinc facta populi ſeceſſione Decem-
 uiri abdicant ſe magiſtratu. Appius ipſe in carcerem
 coniectus, quod domicilium plebis Romanæ appella-
 re ſolebat, mortem ſibi conſciuit.

In ſeruitutem aſſerere.] Multa ſunt verba media, &
 ancipitia, quæ vtrūque verſum dici poſſunt: inter quæ
 eſt aſſerere, quod commune eſt libertati, & ſeruituti.
 Dicimus enim aſſerere, vindicare tam in ſeruitutem,
 quā in libertatem: vnde & aſſertores dicti ancipiti
 vocabulo, tam hi, qui vindicant in ſeruitutē, quā in
 libertatem. De aſſertoribus libertatis pluſiſſimā eſt
 exempla reperire. De aſſertore ſeruitutis, quia inſre-
 quens eſt, exemplum Liuiam adhibebo. Nanq; ſcri-
 bens hanc hiftoriam ait in 111. Claudio clienti negotiū
 dat, vt virginem in ſeruitutem aſſereret. Et inibi: Tam
 à vi tuta erat, cum aſſertor nihil opus eſſe multitudine
 concitata ait, ſe iure graſſari, non vi. Et mox paulō:
 Cum repelleretur aſſertor virginis à globo mulierum.
 Vbi aſſertor ſignificatur ille cliens Decemuir, qui Vir-
 giniam aſſerere volebat in ſeruitutem.

*E*Xtant.] Apparent. Appius cæcus.] Huius eſt M. A. N.
 vox illa, quæ poſtea Ennius eſt carmine cōplexus:
 Quō vobis mentes, reſta quæ ſtare ſolebant
 Antehac, dementi ſeſe flexere ruina?
 Diſſuaſit.] Imō perſuaſit ne fieret, vt Cicero in Ca-
 tone Maiore meminit. Claudius Caudex.] Huius
 ductu Romani primum freto Siculo ſuperato Mamer-
 tinis opem tulere, rempeſtuoſq; eorum acceſſu Car-
 thaginienſium præſidium ex Mamertinorum arce eſt
 deiectum: Polybius eſt author. A. nneus Seneca cognomen
 ait illi factum, quia codex eſt tabularū congeries,
 ſiue cōpactio: iſque primus in naues conſcendere Ro-

Claudius Caudex.] Scribit Gellius lib. xv. i. bellum
 aduerſus Pœnos primum cœptum eſſe Appio Clau-
 dio, cui cognomen Caudex fuit, Appii illius cæci
 fratris, & M. Fuluii conſulibus. Seneca in libro De bre-
 uitate vite author eſt, hunc primum perſuaſiſſe Ro-
 manis nauem conſcendere: vnde Caudex ob hoc ipſum
 appellatus eſt, quia plurimum tabularum contextus cau-
 dex apud antiquos vocatur: vnde tabulæ codices dictū
 tur: & naues, quæ commearum ſubuehunt, caudicariæ
 nominantur, quas & codicarias appellamus. Quemad-
 modum Appius hic Caudex traiecto freto Meſſanam
 peruenerit, Hieronem Syracuſanorum regem ſupera-
 uerit, Carthaginienſes perdidit, luculētē narrat Po-
 lybius libro primo hiftoriarum.

*F*reto.] Anguſtias maris fretum appellant, à ſimili-
 tudine ſeruētis aquæ dictum, vt interpretatur Varro.
 Fretum autem de quo loquitur Tranquillus, Siciliam
 diſtremat ab Italia, vnda tam anguſta, vt latratus can-
 num, & cantus volucrum tranſmittere dicatur à Silio.

*T*yberius Nero.] Reſert Liius lib. xxv. i. Clau-
 dium Neronem celeritate incredibili vſum: Relictis
 caſtris, quæ prope caſtra Annibalis habebat, ad Senegalli-
 cum expeditis militibus properaſſe, ibiq; iun-
 ctis cum collega Liuio Salinatore copiis, ad Metaurum
 flumen cum Afrubale Annibalis fratre conſiſſiſſe: in
 qua pugna quinquaginta ſex millia Pœnorum caſa
 ſunt. Afrubal, ne ſupereſſet tanto exercitū, concita-
 to equo ſe in cohortem Romanam immiſit: ibi, vt pa-
 tre Amilcare, & fratre Annibale dignum erat, pugnans
 cecidit. M. Liuus Salinator, quoniam in eius prouin-
 cia tanta reſeſta eſſet, quadrigis urbem triumphali
 habitu introiuit, militibus ſequentibus: Claudius verō